



181  
 superbiebat nisi quia cautionem contra nos tenebat. Haec tu cautionem hoc cyrogra-  
 phum tuo sanguine deleuisti. Illum ergo uulnerasti cui tot abstulisti. Uulneratum  
 enim intellege diabolum non penetrata carne quam non habet sed percussio corde  
 ubi superbus est. Et in brachio uirgatis tue dispersisti inimicos tuos. Tui sunt caeli  
 & tua est terra. Ad te pluuiae super tuam pluuiam. Tui sunt caeli per quos predicata  
 est ueritas in circuitu tuo. Tuae est terra quae excipit ueritatem in circuitu tuo. De-  
 niique quid illa pluuiam factum est. Orbem terrarum & plenitudinem eius tu fun-  
 disti. Aquilonem & maria tu creasti. Non enim aliquid contra te ualeat contra cre-  
 atorem suum. Et malitia quidem sua per suae uoluntatis peruersitatem sequere po-  
 test mundus. Num quid tamen excedit modum positum a creatore qui facit omnia.  
 Quid ergo timeo aquilonem quid timeo maria. Est quidem in aquilone diabolus qui  
 dixit ponam sedem meam in aquilone. & ero similis altissimo. Sed humiliasti sicut  
 uulneratum superbum. Ergo quid illis tu fecisti plus ualeat ad dominationem tuam  
 quam illorum uoluntas ad militiam suam. Aquilonem & maria tu creasti. Thabor &  
 hermon in nomine tuo sculptabunt. Montes isti intelleguntur sed aliquid significant. Thabor  
 & hermonim in nomine tuo sculptabunt. Thabor interpretari dicitur ueni-  
 ens lumen. Sed unde uenit lumen de quo dictum est. Tuos estis lumen mundi nisi ab  
 illo de quo dictum est. Erat lumen uerum quod illuminat omnem hominem ueni-  
 entem in hunc mundum. Illud ergo lumen quod est lumen mundi ab illo lumine ue-  
 nit quod non aliunde accenditur ut tamen dum sit ne extinguatur. Ergo uenit lum-  
 en ab illo. Lucerna illa quae non ponitur sub modio sed super candelabrum ueniens lumen  
 thabor. Hermonim autem interpretatur anathema eius. Merito uenit lumen &  
 factum est anathema eius. Cuius nisi diaboli uulnerati superbi ut ergo in lumina  
 remur abste datum est ut anathema nobis esset. quinos in suo errore & superbia deli-  
 nebat. at nobis esse. Ergo thabor & hermonim in nomine tuo sculptabunt. Non in  
 meritis suis sed in nomine tuo. Dicent enim isti non nobis dicitur non nobis sed nomi-  
 ni tuo da gloriam. Propter mare saeuens ne forte dicant gentes ubi est deus eorum.  
 Tuum brachium cum potentia. Nemo sibi aliquid arrogat. tuum brachium cum  
 potentia. at facti sumus. at defensi sumus. tuum brachium cum potentia.